

878, 368 Forts.

et his cinnabari qd libebit inscribas. mox ligatos
 adhaerentes simul cum suis ossibus obruas diligentius. adherentes
 genera eorum sument her. Arbor ardore solis
 marescit frequenti adgestione ^{anthera.} ^{anthera.} ^{anthera.} vesperino
 humore. obiectis defendatur umbraculis inuat
 in ea ^(natura.) spoliis | (368) serpentis appendi. Nunc
 iam contra pruinās sterens ingeratur persico vel
 faeces vini cum aqua permixtae. vel quod magis prodest
 aqua in quo fana decocta est. Si vermes persicus patitur
 cinis eos amureae mixtus extinguit. vel bovis urina
 cum aceti tertia parte confusa. Si poma caduca
 sunt. undate radici eius vel trunko lentiori aut
 terebinti cuneus adfigitur. vel terebratae in
 medio palus salicis imprimetur. Si poma rugosa
 creabit aut putria. circa iunum truncum cortex
 revidatur. et ~~vermes~~ cum inde modicus humor
 effluxerit. argilla vel paleato luto plagare legatur.
 Magna poma persicus adfert si quando florent
 per triduum ternos sextarios caprii lactis
 ingesseris. Contra vitia persici proficit spartum
 ligatum vel spartea suspensa de ramis. Mense
 ianuario vel februario locis frigidis. nouembri
 validis persicus inseratur maxime circa terram
 succulis plenioribus et prope arborem radicis.